



**Candidatus Abbreviatus Jurisprudentiae Sacrae, Hoc Est,  
Juris Canonici, Secundum Gregorii Papae IX. Libros V.  
Decretalium Explanati Summa, Seu Compendium**

**Pichler, Vitus**

**Augustae Vindel., 1733**

Titulus XXXVII. De Capellis Monachorum, & aliorum Religiosorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63462](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63462)

onfesso  
is & is  
a habet  
xtra lu  
ovo do  
x vel e  
compa  
ex Trid  
Pomii  
ad insi  
V. Re  
im coe  
ntio fu  
r dona  
mobilis  
tum n  
tur, q  
vel c  
tentan  
piscopi  
obtenta  
fensum  
instan  
tit. de  
ene ob  
ia Pon  
Idem es  
Excess  
s. Ad  
tutum.  
solum  
opella  
am

tum: ergo extra hunc casum non requiri haud  
obscure licet inferre.

## TITULUS XXXVII.

### De Capellis Monachorum, & alio- rum Religiosorum.

#### SUMMARIUM.

1. Per Capellam venit Ecclesia Curata Monaste-  
rio unita.
2. Quando & quomodo subjecta sit Episcopo.

**C**Apella hoc loco denotat Ecclesiam Cura-  
tam, maximè Parochiale (Beneficium  
vel Prioratum) incorporatam tamen vel  
unitam Ecclesiæ Regulari, & positam extra Mo-  
nasterium.

Dico. Hujusmodi Capella, seu Ecclesia Paro-  
chialis, siquidem est plenissimo jure incorporata  
Monasterio, nempe ita, ut integer distictus, in  
quo existit, unà cum populo sit exemptus ab Epis-  
copo, & Prælatus in eo, tanquam dicœksi paryula,  
jurisdictionem quasi-Episcopalem exerceat, est  
exempta, & nihil in eo juris habet Episcopus. per  
c. 21. de Privil. Trid. f. 25. de Regular. c. 11. Si  
vero solùm pleno jure, h. e. quoad spiritualia &  
temporalia simul, sit incorporata, ita ut Prælatus  
sit Parochus in habitu & principalis in ea, vel si so-  
lùm incorporata sit quoad temporalia, manet Epis-  
copo in tali capella jurisdictione, ita ut eam visitare  
& pro cura animarum expositum Religiosum,

M 2

etiam

etiam exemptum, examinare, approbare, visitare, corriger &c. (sed solum quoad curam animorum, administrationem Sacramentorum, & Parochialia) omnino possit. Trid. loc. cit. & s. c. 7. de ref.

## TITULUS XXXVIII.

## De Jure Patronatus.

## SUMMARIUM.

1. Quid sit Jus Patronatus, quae habeat communia & onera.
2. Quotuplex sit.
3. Quinam sint ejus capaces.
4. Quibus modis acquiratur originaliter.
5. Et quibus per translationem.
6. Praesentatio ad Beneficium Patronatum est necessaria.
7. Quando sit invalida, & quando illicita.
8. An plures praesentari possint.
9. Quo tempore praesentatio fieri debeat.
10. Qua ratione amittatur Jus Patronatus.
11. Quid sint Primæ Preces, & unde habeant vim.
12. Ad quæ Beneficia se extendant.

**J**us Patronatus, das Pfarr-Lehen / est probestas nominandi seu praesentandi Clericos instituendum ad Beneficium Ecclesiasticum vacans. Unde Patronus secundum Sacros Canonos dicitur, cui competit dictum jus praesentandi: quæ praesentatio est favor præcipuus Parrone.

CENS.